



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Simonia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

SUBSIDIUM CHARITATIVUM.

Primò, à quo possit imponi.

Secundò, an possit præscribi.

Tertiò, quale possit Episcopus ponere.

Quarò, quibus ex causis.

Quintò, à quibus exigi possit.

Sextò, an compelli possint subditi ab ipsomet Episcopo per censuras ecclesiasticas? Super hoc vide Boer. *dec. 133. 134. 135. & 136.* ubi ista omnia habes sigillatim. Clem. fin. & ibi gl. in *ver. in exigendo*, & Abb. *nu. 2.* & Ioan. Fran. de Pavinis, *tract. de charit. subs.* quia intentio mea est non trahere.

Septimò, quantum debet taxari pro isto subsidio charitativo; vide Affl. *dec. 136.*

Octavò, quomodo, & quando debeat à vasallis domino, pro maritanda, seu monachanda filia, vide Vinc. de Fi. *decis. 42.* ubi alio vocabulo vocat illud adiutorium, & *decis. 73. 76. & 131.*

Nonò, an inferiores Prælati hoc possint exigere, vide Panor. in *c. cum Apostolus*, *nu. 6. de cons. Arch. in c. fi. 34. dist.* & an monasteria ad hoc teneantur, Abb. in *c. l. num. 6. de stat. monach.*

Decimò, subsidium charitativum potest Episcopus exequi, non obstante appellatione confratrum negantium solve illud, si confratres sint de loco pio. Caputaq. *decis. 328. 1. p.*

Undecimò, an à solis beneficiatis, vel etiam ab illis qui sunt promoti ad sacros ordines ad titulum patri. nonii possit Episcopus exigere charitativum subsidium: respondetur quod sic. Nav. in *conf. 5. de cens.*

Duodecimò, an exigente necessitate possit Episcopus petere à Clericis suis subsidium charitativum: respondetur quod sic. Nav. *conf. 2. de cens.*

SUCCESSOR.

Primò, successor in dignitate potest revocare male alienata per prædecessorem suum, Abb. in *c. Episcopi*, *nu. 1. de reb. Eccl. non alien.* adde *decis. Caputaq. 245. 1. par.* & sic dicit tenum fuisse in Roma, anno 1552. die 18. Januarii.

Secundò, quando teneatur stare contractui factò per prædecessorem, vide in *ver. alienatio*, §. 3. *conc. 13.*

Tertio, quando successor teneatur pro factò sui prædecessoris, vide quæ dixi, & allegavi, *suprà.*

Quarto, an teneatur solvere debita contracta per suum prædecessorem; videtur quod sic, in *cap. 1. de solut. & in cap. ex presentium. de pignor.* & ibi Abbas: tamen dicitur quod non, etiamsi nomine Ecclesiæ, Nav. *tract. de spol. §. 12. num. 6.* nisi pro necessitate, prout *ibi, num. 7.*

Quinto, an & quando successor in beneficio teneatur stare alienationi contractui promisso, ex factò sui prædecessoris, vide per extensum Rodoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. q. 57. per totum*, & etiam mandatum factum per Papam suo prædecessori, exequi, *ibid. num. 95.*

SIMONIA.

Quamvis in spiritualibus & beneficiis pacta fieri prohibeantur, *c. fi. de pact.* quia tanquam illicita reprobantur

rot. tit. de sim. Rebuff. in pract. benefico. c. quot modis benef. acquirantur. num. 16. Et in tit. de permut. num. 52. Et 53. Et in tit. de nov. provis. Et simpl. num. 29. tamen ubi facta sunt, ut à lite recedatur, pacta illa tolerantur & Rota mandat servari, ut asserit Gom. in q. 2. in reg. de ann. poss. col. 3. Selva tract. de benef. 4. p. 9. 7. nu. 2. ver. 55. c. de catero. de transact. Et c. super eo, ibid. ubi dicitur posse fieri amicabilem compositionem, gl. in c. si quando. in versic. transactione. de offic. deleg. vide omnino Innoc. in d. c. de catero, nu. 3. facit c. nisi, de prob. Et Abb. in c. dilectus filius, n. 2. de prob. Host. in Sum. tit. de pact. §. Et de quib. n. 5. ratio est, quia pacta quæ fiunt iudicè, simoniaca haberi non possunt, Innoc. in c. cum M. Ferrar. n. 5. de constit. Nav. cons. 44. numer. 2. de sim. ubi dat aliam rationem, nempe quia id recipitur pro recuperandis expensis, & non venditur jus, quod prætendebatur, Et cons. 3. de soluto, Et cons. 43. de nnon. Host. in Sum. tit. de transact. §. Et in quibus, num. 4. ca. ex literis, cap. veniens, eo. tit. quia quando fit auctoritate iudicis, est realis, quando sine illa, est personalis, & cum persona extinguitur.

Primum dubium. Duo fuerunt præsentati à duabus part. patronorum, alter misit Romam pro impetranda institutione à sum. Pontifice, quia Archiepiscopus non bene cum illo ibat; alter institutionem petebat à præfato Archiepiscopo, & sic lis orta est inter præsentatos ipsos; qui miserat Romam volebat ceder eliti, sed petebat expensas per se factas, dubitatum fuit, an pars adversa poterat eas ei solvere absque vitio simo-

niæ: & videbatur quod non, c. nisi de prob. cap. clerici, Et c. cum pridem, de pact. c. dilectus, il. de sim. tamen his & aliis non obstantibus licet poterit fieri amicabilis compositio, seu transactio, ut institutus ab Archiepiscopo solveret ei, qui Romam miserat, expensas ab eo factas, ita Gom. loc. cit. ubi habet hæc verba: Et sic videmus, quod si aliquid detur ratione impensarum, ut fiat concordia, Et recedatur à lite, non dicitur simonia, ut inquit Collectaneus in c. forus, de verb. sig. & Hieron. Paul. antiquus liter. Apost. vic. correct. in li. pract. Cancel. f. 71. col. 2. Nav. c. 23. n. 101. not. 7.

Secundum dubium; An ista amicabilis compositio, sive transactio inter partes, posset fieri auctoritate propria, an necesse sit accedere iudicis auctoritatem? Respondetur, quod solum auctoritate iudicis, ex officio suo, sine aliqua pactioe partium, gl. in c. de catero in ver. contraria, de transact. c. statumimus, eo. tit. Arm. l. in ver. simonia, n. 28. Tabien. eo. ver. n. 47. Et in ver. renunciatio, n. 5. ratio est, quia ubi intervenit auctoritas Episc. non præsumitur collusio, Abb. in c. cum Clerici, n. 2. de cens. facit aperte tex. in d. c. nisi Et ibi gl. in ver. ex iussione.

Tertium dubium. Quid, si litigabat cum alio super quodam beneficio, in majori litis æstu concordarunt, hoc pacto, ut alter haberet beneficium illud, sed solveret alteri cedenti tot modios frumenti singulis annis, reservato consensu Apostolico, dico hanc esse simoniam. Primò, quia non erat factum auctoritate iudicis, ut supra. Secundò, per ea, quæ dicit Gom. in simili casu in termi-

nis, in *quæst.* 12. *colum.* 3. *de trien. poss.* & sic dicit fuisse decifum in Rota die 7. Martij 1530. in una Conchenfi. Dicit quis, quid si dicta pensio, siue census positus fuisset de consensu Episcopi, iurùm fuisset simoniaca? Respondetur affirmative per dicta superius, & quia Episcopus non potest constituere pensionem, ut dictum est *suprà* in *versi. pensio.*

Quartum dubium. Quis possit cum simoniaco dispensare? Respondetur, quòd cum simoniaco sciente, solus Papa, cum ignorante, Episcopus, gloss. in *ca. de simonia, in versi. remanere, &* gloss. in *cap. ex insinuatione, in ver. elegerunt, de simon.* Selva *tract. de benef. 3. p. quæst. 51. n. 4. & 5.* ubi dicit, quòd cum ignorante potest Episcopus dispensare in eodem beneficio, sed non in eadem dignitate.

Quintum, Simoniacus in ordinibus perdit ordinum executionem, gloss. in *cap. per tuas, il. 2. de sim.* in beneficio verò non est ipso iure suspensus, at acta poenitentia, & relicto beneficio, potest celebrare, D. Th. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 6. Soto *libr.* 9. *quæstio* 8. *art.* 2. *de iust. & iur.* Navar. *cap.* 23. *num.* 3. *notab.* 3.

Sextum, Simonia non est, petere, & accipere aliquid pro actibus spiritualibus, quod erat dari consuetum, etiam antequam actus ille spiritualis administraretur ad evitandas contentiones, & molestias, quæ probabiliter putantur futuræ, Nav. *c.* 23. *n.* 106. *ver. ad secundum.* Cajet. in *Sum. in ver. simonia,* Soto in *princ. lib.* 9. *q.* 6. *ar.* 2. *& in fine, &* q. 7. *art.* 1. *juxta medium, de iust. & iure,* imò Innoc. in *c. ad audientiam, n. 1. de rescript.* dicit hoc posse deduci in pactum.

Septimum, Simoniaci omnes in ordinibus, & beneficiis sunt ipso iure excommunicati Papali excommunicatione, Extravagans Pauli II. quæ incipit, *Cum detestabile, sub tit. de sim.* Navar. *c.* 25. *nu.* 69. *not.* 2. *&* c. 23. *n.* 3. *not.* 3. 4. *&* 5. Nec obstat quod dictum est superius, nimirum, posse Episcopum dispensare, cum sit Papalis excommunicatio, quia præsupponitur prævia absolutio, vel a summo Pontifice, vel ab ipso Episcopo, per *Con. Trid. sess. 24. c. liceat.* nec obstat dictum quintum, quia simoniacus in beneficio solùm eget absoluteione ab excommunicatione, & non à suspensione, ita Nav. *loc. cit. versi. 5.*

Octavum, Nullus simoniacus præterquam in benef. & ordine est ipso iure excommunicatus, & Sylv. in *ver. simonia, q.* 19. Nav. *loc. cit.* & hoc de iure com. Secus per aliquas constitutiones diversarum Diocesum, quæ videndæ sunt, & ultra has poenas in ordinibus, & beneficiis, videto alias in Bulla Pii V. quæ est 5. & incipit, *Cum primum,* ubi ultra suspensionem ab executione ordinum per decennium, & ad privationem beneficiorum obtentorum, & inhabilitatem ad obtinenda, addit etiam annum carceris, si convicti fuerint.

Nonum. Notandum est, quod illa Extravagans solùm habet locum in simonia reali, & non in mentali, & conventionali solùm, Gom. *q.* 13. *in fine de trien. poss.*

Decimum. Simoniacus licet fuerit confirmatus per Papam, potest tamen puniri per Ordinarium, vide Innoc. in *c. de cætero, n. 3. de re iudic.*

Ggg

Unde-

Undecimum. Serviens praelato, ut ei beneficium conferat quis, simoniam committit, *cap. cum esset, & ibi gl. in verb. promiserat, hoc tu. Covar. lib. 1. ca. 20. n. 3. var. reso. Navar. c. 23. n. 100. notab. 5.* quod debet intelligi, quando principaliter, secus, si ob personæ dignitatem, ob stipendium, vel pro victu quotidiano, & minus principaliter, spe consequendi ab eo beneficium ecclesiasticum, similiter praelatus, si ei illud conferret, ut ab obligatione civili, legali, naturali, vel antidotali eximeret, *Cova. ibi, n. 4. ver. scribit, Nav. ibi, n. 106. not. 4. Gerar. sing. 27. Doct. in l. 2. de dom. Capyc. dec. 42. Tiraq. in præmio, de utroque retra. n. 77. idem de mutuante, c. consulisti, de usur. Nav. cap. 17. n. 209. Covar. ibi. ver. 3. idem de serviente alicui Ecclesiæ in divinis officiis, Covar. ibi ver. 4. Navar. cap. 23. n. 100. not. 5. & de Hor. Can. cap. 18. gl. in cap. unico, de cler. non resid. lib. 6.*

Duodecimum. An conferre beneficium alicui, cum onere legendi sacram Scripturam, vel sacram Theologiam, vel docendi clericos in Seminario, sit simonia? Respondetur, quod non, ut notat Caputaq. decis. 132. & Innoc. in c. significasti, de elect. Paris. conf. 30. n. 13. volum. 4. hoc tamen intellige. Primò, quando illud beneficium vacavit in mente Ordinarii qui illud contulit cum illo onere, secus quando in mensibus Papæ, Caputaq. decis. 277 p. 2. Secundò, quando illud onus fuit impositum illi beneficio, antequam conferretur, vel alicui beneficio unito alteri, secus si non habebat priùs illud onus, & nunc Episcopus vellet illud ei imponere, & conferre

cum onere legendi, quia esset simonia *gl. & Doct. in cap. 2. de elect. lib. 6. Ant. in c. pen. col. 1. ver. ad secundum, de elect. Caputa decis. 250. par. 2.*

Decimum tertium. An pro administratione Sacramentorum possit conferri canonica portio? Respondetur quod sic, *Innoc. in c. relatum, n. 3. ver. item nota quod sicut, de sepulc.*

Decimum quartum. Differentia est inter simoniam realem, & conventionalem, quia quando proceditur ad privationem beneficii, requiritur realis, quando ad inhabilitandum aliquem ad beneficia obtinenda in futurum, sufficit conventionalis, *in c. sicut, l. 2. de simonia, Caputaq. in dec. 241. part. 3. & dec. 348. cetera vide in Additionibus majoribus.*

STUDIUM.

SUMMARIUM.

- 1 *Studium ut possit adire beneficalis, an requiratur licentia ordinarii, & an percipiat fructus, & distributiones quotidianas, & an gaudeat privilegio fori, si est in minoribus constitutus.*
- 2 *Studium quâ aetate debeat beneficalis adire.*
- 3 *Quod tempus in studio possit impendere.*
- 4 *In qua loco studere debeat.*
- 5 *Quibus disciplinis debeat insudare.*
- 6 *Quor possint simul de una Ecclesia adire studia.*
- 7 *An licentia sit danda omnibus beneficalis indifferenter.*
- 8 *Licentia cuius formâ debeat esse.*
- 9 *Quæ sint studiorum privilegia.*

Primò